Kostro Filio Donauit

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Josephus olim Matthi Kostro de Kosty Litwa Koszki et Poszele haeres sanus mente et corpore exns publice et libere recognouit. Quia Nobili Alberto Kostro filio suo legitimo medietatem totam et integram omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Kosty Koszki Lytwa et Poszele consisten. in areis hortis agris pratis campis sylvis bonis nibetis aedificijs omnibus paruis et magnis totaq. substantia et supellectili domestica cum subditis Laboriosis Gregorio Koszik et Casimiro Szewc eorumq. gazis fundis hortis dierum laboribus et cuncta obedientia ac substantia omniq. iure suo ac titulo haereditario ac omnibus utilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinen. et pertinen. ad medietatem bonorum quouis modo se referen. nullis exceptis sed prout praefatorum bonorum medietas se in suis metis et limitibus habet et extendit pura mera sincera et irreuocabili donone dedit donauit ac irreuocabiliter resignauit perpetuis temporibus. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacia possone per Mlem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Grochowski Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Petrus olim Stanislai Kamienski sanus mente et corpore exns palam publice et libere recognouit. Quia Nobili Josepho filio Nobilis Joannis Holonka Grochowski et ipsius posieris obligationem suam terrae immobilis in haereditate Ossa antiqua Gasowka sit principaliter per Ntem Gregorium et Nicolai Gasowski Nobili Martino Gasowski fratri suo in summa triginta sex floren. polon. coram Actis praesentibus feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli in Anno Millmo Sexcentmo Quadragesimo septimo prox. transacto inscript. tandem sibi recognoscenti per Ntem Martinum Gasowski in summa triginti sexagenadum polon. coram Actis Terrestribus Drasensibus fra secunda post festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millmo Sexcentesimo Quadragmo Octauo prox. ptto demiss. cum omnimoda potestate euismodi Inscriptionis demissoria et originalis ac omnibus contentis accepta pro praemissis sufficienti satisfactione demittit omneq. et integrum ius suum sibi ad praemissa seruiens in personam suis et ips. successorum plenarie transfert et transfundit. Intromissionem illi exnunc realem per Mlem et Ntes duos officiose acceptan. admittendo.